



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 25. Elisabetha Angliæ Regina mortua.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Pontifex ægerrime ferebat, quod Car- Sæc. XVII.  
dinalis cum Protestantibus pacem iniif- A. C. 1603.  
set, diviso cum illis Episcopatu, quem  
tamen, ut indemnem servaret, ac in-  
tegrum tueretur, a Sede Apostolica ac-  
cepisset.

§. XXV.

*Elisabetha Angliæ Regina mortua.*

Composita hac lite Rex exeunte Men- *Rapin hist.*  
se Aprili Lutetiam redire consti- *d'angl. l. 17.*  
tuit; adhucdum vero in itinere hære- *Daniel l. c.*  
bat, cum eidem nuntiatum esset, quod *Thuan. l. c.*  
Elisabetha Angliæ Regina fatis cesserit.  
Hæc jam Mense Januario ad finem ver-  
gente primos gravioris morbi insultus  
sentire coeperat, ineunte autem Mense  
Majo molesta omnium sensuum torpe-  
dine opprimebatur, caussata ex occisi  
Essexiæ Comitis recordatione necnon  
ex gravi moerore, quod se a suis clien-  
tibus despectam derelictamque cerne-  
ret, cunctis Regis Scotiæ Successoris  
sui favores aucupari certantibus. Tan-  
dem morti vicinior a Senatu Successo-  
rem nominare rogata ægre hæc repo-  
suit: *Thronus meus est Thronus Regum a*  
*nullo privato possidendus: subobscura hac*  
*declaratione Senatoribus haud conten-*  
*tis tandem respondit: Volo, ut mihi Rex*  
*succedat, & hic sit Scotiæ Rex mihi arctius*

S S san-

**Sæc. XVII.** *sanguine junctus.* His dictis novissimum  
 A. C. 1603. decem vitæ dies, noctesque pertinac-  
 ter vigiles continuis hisce lamentis  
*Heu Comes heu! Ergo Essexius periiit,*  
*miseranda! quid egimus?* transigebat  
 donec interclusa respirandi facultate di-  
 quarta Aprilis anno Regni sui quadra-  
 gesimo quarto, ætatis vero septua-  
 simo Richemondæ animam exhallata  
 Westmonasterii sepulta, ubi die octau-  
 Maji defunctæ funebri pompa para-  
 tabatur.

### §. XXVI.

#### *Hujus Reginæ indoles.*

*Sleidan.*  
*cont. p. 3.*  
*Thuan. Da-*  
*niel & Ra-*  
*pin l. c.*

**H**æc Reginæ, ab Angliæ Regno exte-  
 minata Religione Catholica, demo-  
 Protestantium sectam invexerat: inde  
 orta inter vitæ suæ Historicos duplo  
 quasi factio eorum, qui vel adulatio-  
 nis vel invidiæ calumniam sibi invicem  
 obtrudunt: quippe Protestantes ac pre-  
 cipue Camdenus & Metteranus han-  
 Reginam suæ sectæ, quæ sine ipsius pa-  
 trocinio ex Anglia, Scotia & Hibernia  
 exulasset, velut unicum fulcrum respi-  
 ciunt, ac propterea illam immodicas  
 laudibus extollunt, ipsaque etiam virtus  
 virtutis pallio contegunt, atque insul-  
 so adulationis studio fascinati in fabu-  
 larum organa degenerant. Catholico-  
 rum